

LIBER GENESIS 20,1-18 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)

Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Abraham und Sara bei Abimelech

Verdeutschung von M. Buber

gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Copyright by H. D. Peltzer

01 Profectus inde Abraham in terram australem, habitavit inter Cades & Sur: &
peregrinatus est in Geraris.

Et profectus est inde Abraham ad terram meridianam, & habitavit inter

Cades, & inter Sur: & peregrinatus est in Gherar.

(I) Profectus est inde Abraham ad africanum X et inhabitavit inter medium
Cades et Sur.

(H) Profectus (est) inde Abraham in terram australem (et) habitavit inte
Cades et Sur.

**Profectus inde Abraham in terram Nageb, habitavit inter Cades et Sur
et peregrinatus est in Geraris.**

**Abraham aber brach von dort nach dem Südlände auf und ließ sich
zwischen Kadel und Schur nieder und war Fremdling in Gerar.**

**Abraham zog von dort ins Südländ, er siedelte zwischen Kadesch und
Schur und gastete in Gerar.**

02 Dixitque de Sara uxore sua, soror mea est. Misit ergo Abimelech rex
Gerarae, & tulit eam.

*Et dixit Abraham ad Sarah uxorem suam: Soror mea ipsa, & misit
Abimelech rex Gherar, & accepit Sarah.*

(A) Dixit autem Abraham de Sarra uxore sua soror mea est timuit enim
dicere uxor mea est ne forte occiderent eum viri civitatis propter illam (I)
Abimelech rex accepit.

(H) Dixitque Abraham de Sara uxore sua soror mea est. Misit ergo
Abimelech rex Gerarae et tuli eam.

**Dixitque de Sara uxore sua: “Soror mea est”. Misit ergo Abimelech rex
Gerarae et tulit eam.**

Da sprach Abraham von Sara, seinem Weibe: „Meine Schwester ist sie.“

Darauf sandte Abimelech, der König von Gerar, und nahm die Sara.

Abraham sprach von Sfara, seinem Weibe: Meine Schwester ist sie.

Da schickte Abimelech, König von Grar, und nahm sich Sfara.

03 Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte; & ait illi, En(?)

mories propter mulierem quam tulisti: habet enim virum.

Et venit Deus ad Abimelech in somnio noctis, & dixit ei: Ecce tu mortuus propter uxorem quam accepisti: & ipsa maritata marito.

(I) Ingressus est deus ad Abimelech noctu et dixit ei ecce tu morieris propter mulierem (M) haec autem commoratur cum viro.

(H) Venit autem deus ad Abimelech per somnium noctis et ait ei en morieris propter mulierem quam tulisti habet enim virum.

Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte et ait illi: “En morieris propter mulierem, quam tulisti; habet enim virum”.

Da kam ein Elohim zu Abimelech im Traum der Nacht und sprach zu ihm: Siehe, Du stirbst um das Weib, das du genommen hast, und sie ist eines Gemahls Vermählte.

Gott aber kam zu Abimelech im Traum der Nacht und sprach zu ihm: Nun musst du sterben um des Weibes willen, das du genommen hast, einem Gemahl ist sie vermählt.

04 Abimelech vero non tetigerat eam; & ait, Domine num gentem ignorantem & iustam interficies?

Et Abimelech non appropinquaverat ad eam, & dixit: Domine, numquid

gentem etiam iustam occides?

(I) Numquid domine gentem ignorantem et iustam perdes.

(H) Abimelech vero non tetigerat eam et ait domine num gentem ignorantem

Et iustam interficies.

Abimelech vero non tetigerat eam. Et ait: “Domine, num gentem etiam iustam interficies?”

Abimelech aber war ihr nicht zu nahe gekommen, und so sprach er:

O Herr, wirst du auch ein gerechtes Volk töten?

Abimelech war ihr nicht genaht. Er sprach: Mein Herr, willst du einen Stamm, ob auch schuldlos, umbringen?

05 Nonne ipse dixit mihi, soror mea est? & ipsa ait, frater meus est? In simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum, feci hoc.

Nunquid non ipse dixit mihi: Soror mea ipsa? & ipsa etiam ipsa dixit:

Frater meus ipse? In perfectione cordis mei, & in munditia manuum mearum feci hoc.

(I) Nonne ipse dixit in corde mundo feci hoc.

(H) Nonne ipse dixit mihi soror mea est et ipsa ait frater meus est in simplicitate cordis mei et (in) munditia manuum mearum feci hoc.

Nonne ipse dixit mihi: "Soror mea est", et ipsa quoque ait:

"Frater meus est"? In simplicitate cordis mei et munditia manuum mearum feci hoc”.

Hat er mir nicht gesagt: Meine Schwester ist sie? Und sie, auch sie hat

gesagt: Mein Bruder ist er. In Arglosigkeit meines Sinnes und in Reinheit meiner Hände habe ich dies getan.

Sprach nicht er, er zu mir: Sie ist meine Schwester, und auch sie, sie sprach: Er ist mein Bruder?! In Einfalt meines Herzens und in Unsträflichkeit meiner Hände habe ich das getan.

06 Dixitque ad eum Deus, et ego scio quod simplici corde feceris: & id eo custodivi te ne peccares in me; et non dimisi ut tangeres eam.

Et dixit ad eum D e u s in somnio: Etiam ego novi, quia in perfectione cordis tui fecisti hoc, & prohibui etiam ego te a peccando mihi. Idcirco non dedi e(am?), ad tangendum ad eam.

(M) Respondit ei deus (I) et ego cognovi quia puro corde fecisti hoc et peperci tibi ut non peccares in me propter hoc non sum passus te tangere eam.

(H) Dixitque ad eum deus et ego scio quod simplici corde feceris et ideo custodivi te ne peccares in me et non dimisi ut tangeres eam.

Dixitque ad eum Deus per somnium: “Et ego scio quod simplici corde feceris; et ideo custodivi te, ne peccares in me, et non dimisi, ut tangeres eam.

Da sprach zu ihm der Elohim im Traume: Auch ich weiß es, dass du in Arglosigkeit deines Sinnes dies getan hast, und gerade ich habe dich zurückgehalten, mir zu sündigen, darum habe ich dich sie nicht berühren lassen.

**Gott sprach zu ihm im Traum: Auch ich selber weiß, dass du das in
Einfalt deines Herzens getan hast, so hielt selber ich dich ab, mir zu
sündigen, darum ließ ich dir nicht zu, sie zu berühren.**

07 Nunc ergo redde viro suam uxorem, quia Propheta est; & orabit pro te,
& vives: si autem nolueris reddere, scito quod morte morieris, tu & omnia
quae tua sunt.

*Et nunc fac reverti uxorem viri, quia propheta ipse, & exorabit pro te, &
vive: & si non tu facies reverti scito quia moriendo morieris tu, & omne
quod tibi.*

(I) Quoniam propheta est et orabit pro te et salvus eris.

(H) Nunc igitur redde uxorem viro suo quia propheta est et orabit pro te et
vives si autem nolueris reddere scito quod morte morieris tu et omnia quae
tua sunt.

**Nunc igitur redde viro suo uxorem, quia propheta est; et orabit pro te, et
vives. Si autem nolueris reddere, scito quod morte morieris tu et omnia,
quae tua sunt”.**

**Also gib das Weib des Mannes zurück, denn er ist ein Nabi und möge
für dich beten, und bleibe leben. Und wenn du nicht zurückgibst, so
wisse, dass du sterben, sterben wirst, du und alles, was zu dir gehört.
Jetzt also erstatte das Weib des Mannes zurück – er ist ja ein Kändler,
er soll für dich sich einsetzen – und bleibe am Leben. Erstattest du
aber nicht zurück, wisse, dass du sterben, sterben musst, du und alle,**

die dein sind.

08 Statimque de nocte consurgens Abimelech, vocavit omnes servos suos;
& locutus est universa verba haec in auribus eorum: timueruntque omnes
viri valde.

*Et manicavit Abimelech in matutina [hora], & vocavit omnes servos suos,
& locutus est omnia verba ista in auribus eorum, & timuerunt viri valde.*

(I) Surrexit ergo mane Abimelech.

(H) Statimque de nocte consurgens Abimelech vocavit omnes servos suos
et locutus est universa verba haec in auribus eorum timueruntque omnes
viri valde.

**Statimque de nocte consurgens Abimelech vocavit omnes servos suos et
locutus est universa verba haec in auribus eorum; timueruntque viri
valde.**

**Da stand Abimelech am Morgen auf, berief all seine Diener und
redete vor ihnen alle diese Worte, und die Männer hatten sehr
Ehrfurcht.**

**Frühmorgens erhob sich Abimelech und berief alle seine Diener, er
redete vor ihren Ohren all die Rede, und die Männer fürchteten sich
sehr.**

09 Vocavit autem Abimelech etiam Abraham, & dixit ei: Quid fecisti nobis?
Quid peccavimus in te, quia induxisti super me & super regnum meum
peccatum grande? Quae non debuisti facere, fecisti nobis.

Et vocavit Abimelech Abraham, & dixit ei: Quid fecisti nobis? Et quid peccavi tibi, quia induxisti super me, & super regnum meum peccatum grande? Opera, quae non fient, fecisti mecum.

(H) Vocavit autem Abimelech etiam Abraham et dixit ei quid fecisti nobis Quid peccavimus in te quia induxisti super me et super regnum meum peccatum grande quae non debuisti facere fecisti nobis.

Vocavit autem Abimelech etiam Abraham et dixit ei: “Quid fecisti nobis? Quid peccavi in te, quia induxisti super me et super regnum meum peccatum grande? Quae non debuisti facere, fecisti mihi”.

Und Abimelech rief Abraham und sprach zu ihm: Was hast du uns getan! Und was habe ich gegen dich gesündigt, dass du über mich und meine Herrschaft eine große Verschuldung gebracht hast? Dinge, die man nicht tut, hast du mit mir getan!

Dann ließ Abimelech Abraham rufen und sprach zu ihm: Was hast du uns getan! Womit habe ich dir gesündigt, dass du über mich und mein Königreich so große Versündigung hast kommen lassen? Taten, die man nicht tun soll, hast du an mir getan.

10 Rursumque expostulans, ait: Quid vidisti, ut hoc faceres?

Et dixit Abimelech ad Abraham: Quid vidisti, quia fecisti rem hanc?

(H) Rursusque expostulans ait quid vidisti ut hoc faceres.

Rursusque ait: “Quid vidisti, ut hoc faceres?”

Und weiter sprach Abimelech zu Abraham: Was hast du darin gesehen, dass du diese Sache getan hast?

So sprach Abimelech zu Abraham: Was ersahst du, dass du dies getan hast?

11 Respondit Abraham, cogitavi mecum, dicens. Forsitan non est timor Dei in loco isto; & interficient me propter uxorem meam.

Et dixit Abraham: Quia dixi tantum non timor D e i in loco isto. Et occident me super verbum uxoris meae.

(H) Respondit Abraham cogitavi mecum dicens forsitan non est timor dei in loco isto et interficient me propter uxorem meam.

Respondit Abraham: “ Cogitavi mecum: Certe non est timor Dei in loco isto, et interficient me propter uxorem meam.

Da antwortete Abraham: Weil ich mir sagte. Ganz und gar keine Gottesfurcht ist an diesem Orte, und sie werden mich von wegen meines Weibes umbringen.

Abraham sprach: Wohl, ich sprach zu mir, gar keine Furcht Gottes sei an diesem Ort, man werde mich meines Weibes wegen umbringen.

12 Alias autem & vere soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meae, & duxi eam in uxorem.

Et etiam vere soror mea filia patris mei ipsa, verumtamen non filia matris meae, & fuit mihi in uxorem.

(I) Etenim vere soror mea est de patre sed non de matre facta est mihi in mulierem.

(H) Alias autem et vere soror mea est filia patris mei et non filia matris

meae et duxi eam uxorem.

Alias autem et vere soror mea est, filia patris mei et non filia matris meae, et duxi eam in uxorem.

Sie ist aber auch wirklich meine Schwester, Tochter meines Vaters, nur nicht Tochter meiner Mutter. Uns so ward sie mein Weib.

Auch ist sie wahrhaftig meine Schwester, meines Vaters Tochter, nur nicht meiner Mutter Tochter, so ist sie mein Weib geworden.

13 Postquam autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam: Hanc misericordiam facies mecum: In omni loco ad quem ingrediemur, dices quod frater tuus sim.

Et fuit, quando fecerunt errare me Deus de domo patris mei, & dixit ei: Haec misericordia tua, quam facies mecum. Ad omnem locum, quo ingrediemur illuc, dic mihi: Frater meus ipse.

(A) In omni loco ubi intraverimus ibi.

(H) Postquam autem eduxit me deus de domo patris mei dixi ad eam hanc misericordiam facies mecum in omni loco ad quem ingrediemur dices quod frater tuus sim.

Cum autem vagari me faceret Deus de domo patris mei, dixi ad eam: Hanc misericordiam facies mecum: in omni loco, ad quem ingrediemur, dices quod frater tuus sim.”

Als nun die Elohim mich aus dem Hause meines Vaters umherirren ließen, da sprach ich zu ihr: Dies sei deine Liebe, die du mir antust: Zu jedem Ort, dahin wir kommen, sage von mir: Mein Bruder ist er.

**Als nun Göttesmächte mich vom Haus meines Vaters abirren ließen,
sprach ich zu ihr: Dies sei deine Huld, die du an mir tun sollst, an
jedem Ort, wohin wir kommen, sprich von mir: Mein Bruder ist er.**

14 Tulit igitur Abimelech oves & boves, & servos & ancillas, & dedit Abraham:

Reddiditque illi Saram uxorem suam.

*Et cepit Abimelech pecudem ovemque(?) bovem, & servos, & ancillas, &
dedit Abraham, & reddidit ei Sarah uxorem eius.*

(I) Et accepit mille didragma argenti et oves et vitulos et pueros et ancillas
et dedit Abrahae.

(H) Tulit igitur Abimelech oves et boves et servos et ancillas et dedit
Abraham reddiditque illi Sarram uxorem suam.

**Tulit igitur Abimelech oves et boves et servos et ancillas et dedit
Abraham; reddiditque illi Saram uxorem suam.**

**Darauf nahm Abimelech Schafe und Rinder und Knechte und Mägde
und gab sie dem Abraham, auch gab er ihm Sara, sein Weib, wieder.**

**Abimelech nahm Schafe und Rinder, Dienstknecht und Mägde, und gab
sie Abraham, und Sfara, sein Weib, erstattete er ihm zurück.**

15 Et ait: Terra coram vobis est: Ubicumque tibi placuerit, habita.

Et dixit Abimelech: Ecce terra mea coram te: in bono in oculis tuis sede.

(H) Et ait terra coram vobis est ubicumque tibi placuerit habita.

et ait: "Ecce terra mea coram te; ubicumque tibi placuerit, habita".

Und Abimelech sprach: Siehe, mein Land ist vor dir, wo es dir gut

dünkt, wohne!

Abimelech sprach: Nun liegt mein Land vor dir, siedle, wo es deinen Augen gutdünkt.

16 Sarae autem dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo: Hoc erit tibi in Velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt, & quocumque perrexeris: Mementoque te deprehensam.

Et ad Sarah dixit: Ecce dedi mille argenteos fratri tuo. Ecce ipsum tibi operimentum oculorum, omnibus qui tecum, & cum omnibus, (?) corripuit se.

(H) Sarrae autem dixit ecce mille argenteos dedi fratri tuo hoc erit ubi in Velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt et quocumque perrexeris Mementoque te deprehensam.

Sarae autem dixit: “Ecce mille argenteos dedi fratri tuo; ecce hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, et apud omnes iustificaberis”.

Und zu Sara sprach er: Siehe, ich gebe tausend an Silber deinem „Bruder“, siehe, das sei dir eine Augenbedeckung, auch für jeden, der mit dir ist, und ... (Der Rest fehlt!)

Und zu Sfara sprach er: Ich habe nun deinem Bruder tausend Silberstücke gegeben, das sei dir nun für alle, die bei dir sind, zum Augenschleier und bei aller Welt, dass du erwiesen seist.

17 Orante autem Abraham, sanavit Deus Abimelech, & uxorem, ancillasque

eius, & pepererunt.

Et oravit Abraham ad Deum, & sanavit Deus Abimelech, & uxorem eius & ancillas eius, & pepererunt.

(I) Oravit vero Abraham pro Abimelech et sanavit deus Abimelech et uxorem eius et ancillas eius et pariebant.

(H) Orante autem Abraham sanavit deus Abimelech et uxorem ancillasque eius et pepererunt.

Orante autem Abraham, sanavit Deus Abimelech et uxorem ancillasque eius et pepererunt;

Da betete Abraham zu ihm, Elohim, und ein Elohim heilte den Abimelech und sein Weib und seine Mägde, und sie gebaren.

Abraham aber setzte sich ein bei Gott, und Gott heilte Abimelech, sein Weib und seine Sklavinnen, dass sie Kinder gewannen.

18 Concluserat enim Dominus omnem vulvam domus Abimelech propter Saram uxorem Abrahae.

Quia claudendo cluserat Deus super omnem vulvam domus Abimelech super verbum Sarah uxoris Abraham.

(E) Quia concluserat deus a foris omnem vulvam (I) in domo Abimelech propter Sarram uxorem Abrahae.

(H) Concluserat enim deus omnem vulvam domus Abimelech propter Sarram uxorem Abraham.

concluserat enim Dominus omnem vulvam domus Abimelech propter Saram uxorem Abraham.

**Denn verschlossen, verschlossen hatte E r jeden Schoß im Hause
Abimelechs von wegen Saras, des Weibes Abrahams.**

**Versperrt nämlich, versperrt hatte E r alljeden Schoß im Haus
Abimelechs wegen Sfaras, des Weibes Abrahams.**